



**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus XVIII. De locatione & Conductione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](#)

*Minimum justi pretii, ut patet ex textu d. c. s. in vers. que vix. Nam licet pactum studi faciat rem minoris valere, non tamen ita exorbitare, ut quis possit videri suum iactare, non extra suspicionem. Secundus, quod relatio five terratus certo tempore erat circumscriptus, non faciens autem sepe nuntium, nec post novennium, ut interea fructus cederent emptori, quod non vacat virtus usura. Similis casus habetur ut in e. illo vos inf. De pignorib. de quo ibi.*

- Ex hoc contractu venditori est actio venditi, five ex vendito, contra emptorem, ad premium, non tamen aote quam rem tradidit, vel tradere est paratus. Inquit enim perit conventionem ab alio impleri, qui ipse non satisfacet, arg. l. cum proponas 21. C. De partis. Emptori est actio empti, five ex empto contra venditorem, qua petat sibi rem translati, non quoad dominium, sed quoad vacuum possessionem, soluto tamen aut oblatu saltem prelio, l. Iulianus 13. D. de act. empti simul & fructus a tempore perfectae emptionis perceptos per venditorem proprieta quod continuo a contractu perfecto res sit periculo emptoris, ut eo nomine etiam commodum sentire debet, ut tradiculum insit. h. t. §. cum autem emptio. Quorum nomine vicilim ad usurasteneri emptorem venditori rescriptum est in l. Carabit Cod. de actionibus empti, citrambam, cum dentur in compensationem fructuum, cuiusmodi species non est reprobata, ut tradit Covarr. 3. Variar. c. 4. & multis probat Barbosa ad l. 5. ne. 58. D. Soluto matrim. Quo modo si nulli fructus existerint, non est quare eorum nomine teneatur emptor ad usuras, nisi in mora fuerit post rem traditam. Non in contractibus bonae fidei, cuiusmodi est hic, usura ex mora sunt praestandae l. 2. C. Deposit. Quod iure Canonico non alias procedit, nisi quatenus mora causavit interesse venditori, ut dicitur infra De usuris, & dictum D. de action. empt. & vend. num. 24.*
- Teneri autem venditatem praeceps ad tradendum, nec libertati offerendo interesse, aut extimationem, ex eo clarum est, quod circa traditionem ejus, quod debetur, nemo se liberet, & quod, solvendo aliud pro alio crediton invito, non contingat liberatio. Extima-*

*tio autem aut interesse est alia à re vendita, qua de relatus D. d. iii. num. 12. & seq.*

## TITULUS XVIII.

## De locatione &amp; Conduktione.

## SUMMARIUM.

1. Locatio-conductio quo modo contrahatur.
2. Habet locum etiam in rebus Ecclesiasticis.
3. Non tamen ad vitam aliquajus.
4. Sed ad triennium dum axat, ex Extravag. Ambitiosa De reb. Eccl. non alien.
5. An facta ultra triennium subsistat ad triennium.
6. An recte fiat pro duobus aut tribus trienniis?
7. An ut finito primo triennio, etiam secundo restat conducta?
8. Hodie<sup>1</sup>. Extravagans non passim recepta.
9. Actio locatia ad quid derur.
10. Conductor prestat dolum & culpam levem non casum.
11. Mercedis remissio quando facienda.
12. Actio conducti ad quid competit.
13. Conductor ex quibus causis à locatore expelli posse.
14. Successor in beneficio an teneatur stare locacioni per predecessorum facta?
15. Emphyteusis quid?
16. Emphyteusis concessio quatenus permissa Prelatis.
17. Emphyteuta cadit jure suocessans in solutione canonis.
18. An eo casu emphyteusis ipso iure committatur?
19. Partis solutione non evitatur commissio.
20. Sterilitas non excusat à solutione canonis.
21. Commititur & emphyteusis rei alienatione.
22. Vendito quando permitta.
23. In emphyteusin res datur melioranda.

**S**uperiori signilis est Locatio Conductio cum constet consensu in usum rei & mercedem certam, consistentem in pecunia numerata; nisi agatur de locatione fruendi, in quam venit pars fructuum, loco mercedis,

1. Si olei 21. Cod. b. t. uti latius probatum D. eod.  
num. 4.

2. Locum habet in rebus, quae sunt in commercio, etiam Ecclesiasticis, c. 2. b. t. ubi dicuntur fructus decimarum ad sumam dati, id est locari. Nec mirum, cum per hunc contractum non transeat rei dominium, ne quidem utile, l. non solet D. b. t. cum tempus non sit modus dominii transferendi, præcipue ubi aliquid agitur, ut hoc in contractu, in quo agitur tantum de fructibus acquirendis: ut recte dicat Imp. ex conducto possidentem non sibi, sed domino rei possidere. Præterea hic contractus non tam detrimento Ecclesie, quam ejus commodo fit, quippe cui annua hoc nomine pensio praesletetur.

3. Ut tamen contractus iste non transeat in alienationem, prohibitum, ne locatio ad vitam alicuius fiat, Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. aut ad certum tempus, longum scilicet, quale communiter habetur, quod est decem annorum. Ratio est in eo, ne contingat fluxu temporis perire memoriam, & Ecclesiam res privati. Quomodo supra Tit. 14. dictum precarium singulis quinquenniis renovandam. \*

Hac de causa Paulus II. in Extravag. Ambitiosa. D. ereb. Eccl. non alien. hoc tempus contrahit ad triennium, ultra quod strictè vetuit rem Ecclesiasticam elocari cum irritatione locationis protractæ in longius tempus Azot. Inflit. Moral. p. 2. lib. 9. c. 2. & lib. 7. cap. 10. qu. 3.

Ubi queritur, An locatio facta ultra triennium, latem subsistat ad triennium? Resp. Hoc videri posse, per Reg. in c. Vite De R. I. in 6. qua habet, Utile perinutile non vitiare. Facit, quod donatio excedens quingentos solidos sit prohibita; non vitietur autem nisi pro summa excurrente, Sancimus C. de donat. Verius tamen ne quidem ad triennium subsistere, cum contractus ejusmodi omnino annihiletur, d. Extravag. Ambitiosa. Pro qua parte facit ratio, quod in illis, que pendent à voluntate duorum, & agitur de contrahenda obligatione, si actus non valet, ut agitur, non valeat quoque ut valere potest, ne contra mentem ad aliquid teneatur altera partium, in sui dispendium, cui non est tam commodum pro triennio tantum haberetem conductam, cum sumptus faciendo etiam in plures annos

possint proficere. Adducta pro altera parte habent in iis, quæ separationem facilè admittunt, & mens partium non refragatur. Cor. 2. Variar. Resol. cap. 16. num. 8. Azot. d. c. 14. 4. & d. cap. 10. q. 4.

Alia hic quæstio est, An rectè fiat locatio pro duobus aut tribus trienniis, ut tot subdivisions, quot triennia, & uno finito alter incipiatur? Resp. Baldum velle, non esse in communi contrarium hujusmodi contractu l. voluntas C. de fideicom. ut tradit Covans loconum 4. quo teste communius communis receptum, quod per ejusmodi locationem in legi fraus, ex continuatione diversorum corporum; ut patet ex Nov. de non alien. 3. verf. neque illud; ubi non potest responde in emphytesia, ut una generatione finit, altera incharatur, cum ea res tendat per continuationem in rerum Ecclesiasticarum alterationem. Quo easli licet unus sit contractus, non tamen viriabit nisi pro ea parte, cum repugnat; cum contractus iste divisiōne admittat, ut pro parte valere possit, jural. l. Sancimus. Sarmient. Seleſ. Interp. 8. all. num. 2. D. de leg. 1. Azot. d. c. 2. q. 3.

Quid si convenerit, ut finito primo anno, etiam secundo habetur res conducta? Resp. Et Hanc conventionem non tem quoad secundum triennium, si ab initio facta sit in una scriptura, quod fiat fraus legi. Ne autem non fiat mentio secundi trienni, non promissio sit facta, non tamen potest dici tamen secundum promissionem ad alterum triennium extensa, cum promissio hujusmodi non extendat, quæ ut locatio prior finita iteretur in conventione. Quod nihil habet improbitum, cum eidem conductoris res sine vito iterato electur. Azot. d. c. 2. qu. 3. verf. Dubium q. 1.

Hac ita in locis, quibus dicta Extravagia usu est recepta: nam in plerisque receptione est, aut si recepta aliquando, contraria consuetudine abrogata, cum passim in plures annos sicut ejusmodi locationes ultra triennium non tamen nisi intra longum tempus, qui excedens locatio videretur sapere quantum alienationem, hoc jure prohibitam, propter oblivionem rei ad Ecclesiam pertinentem, quæ induci posset, uti dictum, Vid. Nav. in Alain. al. c. 27. num. 149. Azot. d. c. 2. q. 1. Duximus.

- 9 Duplex ex hoc contractu, ut ex præcedenti est actio. Altera locari, qua locator convenit mercetem, etiam solo consensu exigat; cum præter consensum ad huius contractus substantiam nihil desideretur: simul & usuras, ex mora; quia contractus est bona fidei, quo usura præstantur ex mora. l. 2. Cod. hoc 1. Rem restituiri petat, usu & tempore, ad quod locata, finito: item refusione deterioris circa rem data, ab ipso conductore, quatenus ejus arguitur culpa.
- Culpa autem venit levius, quia contractus hic utriusque respicit utilitatem, secundum decisionem. l. Si ut certo s. nunc videndum D. Commodat. Quod facit l. Contractus 23. De R. I. quæ sit, in hoc contractu præstari dolum & culpam, scilicet levem; nam ea culpa simplificiter posita nomine veuit, non etiam levissima, ut patet ex §. præterea Insit. Quid modis recontrah. oblig. nisi quis artem & industrias terræ rei professus operam suam locaverit, ut in l. Mores 25. §. qui columnam D. h. r. Calum non venire, sed domino cedere, postularatio d. l. 23. De R. I. nisi aliud habeat pactum.
- 10 Ita tamen ad mercedem urgendas conducto, nisi sterilitas aut calamitas usum rei impedit, que facit vel totam mercedem remitti, vel partem ejus d. l. 25. §. vis major hoc est. Neque enim ratio fert, ut qui ex re nihil percepti, vel parum, cogatur solvere mercedem integrum; nisi tamen cum uberrate præcedentis anni vel sequentis compensetur sterilitas, cap. 3. b. tit. 6. l. ex conduktione 15. §. si uno. D. eos. In solitam sterilitatem, non præcedente aut subsequente sterilitate, non causare argumentum P. casonis, verior habet opinio, secundum Pinel. ad l. 2. p. 1. cap. 3. num. 34. C. de resind. vend. per d. §. vis major, in verbis, cuius immodicum lucrum non auferitur. Vide plura de hac materia ad D. b. i. n. 20. & seq.
- 11 Altera, quæ ex hoc contractu oritur, actio conducti datur conductori, quia liberum usum tui ad tempus convenientem præstari petet, quoniam præsteretur, ad interesse ei actio est contra locatorum, d. l. Ex conduktione 15. §. pen. D. hoc est. Nisi aut eau aut vi maiore impediatur, tunc enim sufficiet pensionem remittere, non etiam ad interesse tenebitur, ne quis circa culpam puniatur, d. l. 15. §. 2. & seq. \* aut
- nisi locatorem causa excusat, quæ quadrupliciter sursum in cap. 3. in fine hoc sit & l. 3. Cod. cod. Primò. Si propriis usibus rem sibi necessariam probaverit dominus: ipse enim potior est, si tamen non erat eadem necessitas locationis tempore, d. cap. 3. quia alias foret quæsita fraus. Secundò. Si res egeat necessaria reflectione: nam licet possit aliqua subesse injuria conductoris, illam tamen non causavit locans, ut proinde eam non luat, sed satisfaciat pensionem remittendo. Tertiè. Si in te conducta male versetur conductor, etiam si sub pena convenerit, ne expellatur: nam subest ea conditio, ut colat ad modum boni patris familiæ. arg. l. Quaro 54. §. inter D. hoc tit. IV. Similiter biennio contiuo solvere distulerit: ea quippe subest conditio, si pensionibus paruerit, etiam si convenerit, ne expelleretur ante tempus, d. §. inter. Eadem actio est hæredi conductoris contra hæredem locatoris, l. Ex contrahib. 49. D. de oblig. & actionib. qui personam representat defuncti. Contra singularem successorem hæc actio non est saltem de jure scripto, l. 9 Cod. h. s. ubi emperor non tenetur state colono, nisi ea conditione emerit, quam tenetur servare. De constitutio in aliquibus locis contra seres habet, quia perfertur conductor emptori & alii singulari successor. Vid. Gomez 2. Var. c. 3. n. 19. & dicta de his ad d. b. t. n. 33. & seq.
- Controversum est. An successor in beneficio teneatur state locationi factæ per successorem? Resp. Hoc veile Angelum C. num. 6. ex argumento, quod in consideretur tamquam successor universalis. Cujus opinio vera erit, si locatio facta fuerit à Prælato, tamquam administrator, in utilitatem Ecclesiæ, per l. Si ruelas 8. D. de administr. & peric. tutor. ubi tutoris factum teneat pupillum, quia legitimus administrator: ut idem in Prælato dicendum sit, cui secundum Goff. in can. fin. V. q. 3. liberior administrator Ecclesiæ potestas, quam tutori. Aliud est si à possessori beneficii proprio nomine res beneficij elocata fuerit, qui cum ius restrictum ad vitam tantum habuerit, non potuit ultra elocasse, & obligasse, pro tempore, quo sua non erit, per l. fin. in fine D. contr. emp. Facit quod ut infra Tit. 25. dicitur, beneficium obtinens

nos

non sit nisi loco usufructuarii , cuius morte finitur locatio , urne quidem eius successor universalis teneatur , l. si quis dominum 9. s. 1. D. hoc est . Multo minus singularis ; qualis est hoc casu successoris beneficii , qui non succedit in jus prædecessoris , quod morte eius extinguitur , sed novum creatur tempore novæ collationis , in eumque transfertur . Hæc quidam limitant , nisi Superior approbaverit ejusmodi locationem , sed minus recte , quia ne quidem Superior pro libitu suo potest futuri Prelati aut beneficiarii jus deminuire nisi ex causa . Unde rectius dicitur , si Superior pro libitu suo super certa stipendia constituerit , quod , ut potest rem istam mutare , & aliam loco stipendi date , ita & elocando successori praedicate : nam cui quod plus est conceditur , ei quod minus est , non denegatur . Vide Covarr. 2. vav. Resol. c. 15. num. 6. Barbola in l. Si filio fam. 25. s. fin. num. 17. D. Soliloquio matrim. Wanci. Conf. 324. n. 6. 9. 11. h. t. & Conf. 326. Hæc ita de jure : nam secundum statuta quorundam locorum locatio ad parvum tempus tenet successorem , etiam singularem .

### De Emphyteusi.

**I**Hæc delocato-conducto . Fit & mentio hoc in Tit. Emphyteuseos , quæ etiam venit sub nomine alienationis , ut patet Extravag. Ambitoſa De reb. Eccles. non alienan . Per eam enim diminuitur ius domini , cum sit contractus , quo res alteri possida traditur , quasi jure dominii sub lege annua pensionis & meliorationis . \* Quo modo etiam prohibita Prelatis nisi accidentibus solemnitatibus , de quibus supra Tit. 13. Et hoc ut res de novo in emphyteusin dentur , nam quæ solitæ dari in emphyteusin , si ad ecclesiast revertantur , non impeditur . Prelatus iterum in emphyteusin dare ; non obstante juramento , quo se non alienatum res Ecclesiæ obstrinxerit . arg. c. 2. inf. de feudis . Facit ratio , quod non tam alienet , quam non adquirat , aut non usurpare , nisi in usum , ad quem destinata : quantum tamen durat prima concessionis causa ; nam ea cessante , videtur alienatio per Canones prohibita , ut vult Abbas c. Vi super 8. num.

10. sup. tit. 13. Quod & dicendum , si Ecclesia fuerit res re corporata , ut non possit Prelatus salvo juramento , de novo rem in emphyteusin dare , d. c. 8. ubi Innoc. quod alias libet esset , d. c. 2. inf. de feud. ubi dicitur plen. Transit hæc res in heredes , etiam extrato secundum leges prima concessionis , que unum quandoque ad suos restringunt . hinc & interdum post certam generationem , et quam resticta .

Habet autem Emphyteusis tres conditio-nes , Prima est ut annus solvarur canon , h. quo si cessaverit emphyteuta per biennium cadit jure suo , quoad Canonican emphyteusin , c. fin. h. t. Nam in civili requirit triennium l. 2. C. de jure emphyt. non concessa mora pugnacione , quam Canones admittunt ut excessum , c. fin. h. t. in verbis . Nisi celesti satisfactioni sibi consuluissest . Ubi aliqui celestem fancionem eam vocant , que fit ante citationem & dicialem : quod non ferunt verba d. c. fin. qui habent , non requiri nuntiationem ad hoc mittantur . Unde mora purgatio ad modicum tempus referenda ; quod aliqui decem dies exigitant , per l. Promissor s. i. D. d. confessio aliqui , quia non sit determinatum , judicio arbitrio delinquunt . Glos. & Abb. d. c. fin. Recens dicitur purgatio in centinenti facienda , lapide biennio , quia continuo jus quæsumum est etiam declarandi rem commillam .

Quæstionis est . An ipso jure dicatur in commissis ? R. c. Probabilius est , ipso jure non committi : tum quia mora purgari potest in tempore Canonico , secundum iam dictum , non etiam quia requiritur declaratio domini , non quam indicet se habere rem pro commissa , non satisfaciat sola dilatio , precipue cum agatur de pœna , quæ non facile inferenda sine ini- tu , & non nisi positis requisitis laf. in l. 2. n. 5. de tur. emphyt. Inter requisita autem illa , ut minus declarat voluntatem , ut ante can-clarat non possit dici esse locus commis- ni . Post declarationem non tantum publicum , verum etiam extrajudiciale , committit quin habeatur res , non est dubitandum . Non licet tamen domino propria auctoritate expellere emphyteutam , quod nemo non in dicat , sed hoc agendum auctoritate publica . Vide plenius de his dicta ad D. h. t. n. 9. 1. 6. ff.

19 Hæc ita procedunt, nisi sibi præjudicaverit dominus, recipiendo pensionem debitam, quia videtur remittere caducitatem. Partis solutio non excusat emphyteutam, quia pro parte non recte solvitur. Qua ratione, uno heredum pro parte sua solvente, non evitatur commissio totius, *argum. l. Hæredes 25. §. idem juris D. Fam. erit. & dixi ad D. eod. n. 78. Ut nec excusat compensatio, cum fiat ipso jure; hic autem requiratur factum hominis agnoscentis Dominum superiorem, secundum dicta ibid.*

20 num. 30. \* Sterilitas etiam non excusat, quia non datur canon tam ratione fructuum, quam recognitionis dominii, quod manet & proinde recognoscendum, quatenus possit. Ilo est potest emphyteuta: quæ si auferatur, redatæ in hostium potestatem, aut alias perditæ, liberabitur etiam à canone præstando emphyteuta, quia non est, cuius nomine præteratur. Vide de hac re tradita D. eod. n. 38.

21 Secunda conditio est, ne res alienetur, l. 3. C. *Dicere employt. quia interest Domini, tem apud alium est, propter actionem personalem, quam non debet cogi transferre invitus. Alienationis nomine quilibet actus venit, quo res Dominum mutat, ut etiam donationem sub ea concludi rectè dixerit. Sit tamen alienatio perfecta per traditionem, nam ante cum res in bonis emphyteutæ maneat, non potest dici alienata.*

22 Moderatur autem Imperator istam alienationis prohibitionem, ut non procedat in venditione, quam permittit circa metum commissoris, quatenus tamen emphyteuta Domino venditionem denuntiavit, & ille vel recusavit emere, vel post denuntiationem bimfesti filuit, d. l. 3. & c. fin. h. t. Cujusratio posita videtur in necessitate emphyteutæ, qua posset premi, aut evanescere amissione: ut non facile trahatur ad alias alienationis species, in quibus non est eadem ratio. Exceptio enim ex causa venditionis firmat: regulari quoad casus non exceptos. Debetur autem eo casu ipsi Domino honoriū, non pro libertu Domini perendum, sed restictum per d. l. 3. ad quia quagesimam preci partem sive estimationis, quod vulgo Laudemium dicitur.

23 Tertia conditio est, ut res melior fiat, secundum nomen, & concessionis rationem. Daban-

tur enim olim agri deserti & minus fertiles ailiis, ad culturam redigendi, ut in eo peccans fundum potius negligendo, videatur expelli posse, arg. c. 3. in fine h. t. & l. 3. C. Locati.

## TITULUS XIX.

## De Rerum permutatione.

## SUMMARIUM.

1. Permutatio quid, & qualiter fiat.
2. Prohibita in rebus Ecclesiæ.
3. Etiam in mobiliis Ecclesiæ utilibus.
4. In beneficiis transactio quatenus prohibita.
5. Spiritualium inter se commutatio licita, accedente Superioris auctoritate.
6. An ea omisa sit obnoxia virtus Simonis?
7. Tractatus prævius de permutoando an sit licitus?
8. Superior quis hic dicatur.
9. Auctoritas Superioris an generaliter & indistincte requisita?
10. Legatus à Latere recte admittit permutationes.
11. Item Capitulum, Sede vacante.
12. In beneficio juris patronatus an & quatenus requiratur consensus patrouri.
13. Beneficium unum cum unico aut pluribus permutable.
14. Beneficia inqualia recte permutoantur.
15. Vt & beneficium, habens fructus cum aliis non habente fructus.
16. Excessus ramen non potest compensari pecunia.
17. Vt neque in beneficio digniori cum simplici tenuiori.
18. Inequalitas in fructibus an suppleri possit.
19. An recte pensio detur in supplementum excessus hujusmodi.
20. Beneficium manuale cum alio simili permutteri potest.
21. An & beneficium commendatur?
22. An jus in re cum iure ad rem?
23. An beneficium litigiosum cum alio non litigioso?
24. Quid si alter tantum apparetis jus habeas?
25. Quid si quis spoliandus sit beneficio?

Gg

26. POM-